

# EURIPIDES
## MULIERUM OSOR NUM RECTE DICATUR.

---

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
**FRIDERICA GUILELMA**
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE XXVIII. M. JULII A. MDCCCLIX.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR




**AEMILIUS ARMINIUS BRAUT**
RONNEBURGENSIS.

---

ADVERSARII ERUNT:
H. MUELLER, PHIL. DR.
H. GENTHE, PHIL. DR.
H. LEUE, PHIL. CAND. PROBAT.

---

**BEROLINI**
TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS LANGE.

PATRUO

OPTIMO ET DILECTISSIMO

**GUILELMO BRAUT**

PROFESSORI, GYMNASII BRANDENBURGENSIS DIRECTORI, ORDINIS AQUIL. RUBR. IN TERT. CLASS. EQUITI

AMORIS ET REVERENTIAE

HUNCCE LIBELLUM

SIGNUM ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Quum saepius volvendo Euripidis fabulas atque lectitando ipsum non mediocriter adamare coepissem, nescio quo pacto dolore commotus sum eius nomini inepti cuiusdam odii mulierum maculam antiquitus adhaesisse; multo etiam magis dolebam, quod nostris quoque temporibus, quibus tot veteres scriptores ab incusationibus, quibus vitarum scriptores eos asperserant, in iustam et debitam laudem sint vindicati, etiam qui principes in hac litterarum parte sunt et habentur odisse Euripidem mulieres statuere videbam. Exstiterunt sane quidem, qui contra dicerent, ut Lenzius in „Nova Bibliotheca liberalium artium et litterarum“ 58. p. 195 sqq., sed hic in universum magis disputavit viamque potius monstravit quam ipse, quod sibi proposuerat, perfecit; accuratius aliquanto hac de re egit Goebelius in dissertatione, quae inscribitur: „Euripides de vita privata ac domestica quid senserit“; verum hic quoque singulis plerisque, quibus odium illud contineri videri potest, supersedit. Tamen negari non potest tum demum, quum singula refutata atque fundamenta, quibus adversarii nituntur, collabefacta erunt, apte posse probari, tantum abesse, ut Euripides mulieres oderit, ut et harum virtutes maximi aestimaverit et in his describendis atque laudandis praecipuum quoddam studium collocaverit.

Quod ego si lectoribus benevolis probavero, quod volui consecutus mihi videbor.

Itaque disserendi initium faciam ab Hippolyto fabula, quae plurima exhibet et gravissima in mulierum genus universum dicta. Sed de his ut recte iudicetur, sententiam fabulae, qualis sit, paullo accuratius explicemus.

Atque Hippolyti culpam in eo versari, quod matrimonii sit adversarius atque osor, verbis prologi docemur hisce 12—14[1]).

μόνος πολιτῶν τῆσδε γῆς Τροιζηνίας
λέγει κακίστην (Κύπριν) δαιμόνων πεφυκέναι
ἀναίνεται δὲ λέκτρα κοὐ ψαύει γάμων.

Quam si leviorem quis rem putet, quam quae tragoediae vel gravitati vel dignitati conveniat, vereor ne parum considerate iudicet. Nam quum Athenis nullis nisi iis, qui ex iusta matre nati et legitimi essent, civitas daretur, periculum fuit, si plures ab uxore ducenda abstinerent, ne civium numerus minor fieret, quam ut patriam, leges, instituta tueri possent.

Hanc ob causam matrimonia deorum tulelae antiquitus demandarant atque a pietate erga deos, patriam, maiores[2]) officium repetiverunt uxorem ducendi legitimeque procreandi qui deos colerent, patriam defenderent, maiores maiorumque monumenta debito honore afficerent. Iam si re publica prospera et florente matrimoniis ineundis tantum tribuebant, quantum dixi, quam ea gravioris momenti debebant esse eo quidem tempore, quo bellis cruentis, peste grassante permagnus civium numerus absumptus erat!

1) **Fabularum locos laudavi sec. edit. Kirchhoffianam.**

2) Becker, Charicles, tom. II. p. 441.

Harum Euripides rerum ratione habita duas res idem fere spectantes egisse mihi videtur, ut doceret:

„*divina humanaque iura violare eum, qui matrimonium non iniret*",

id quod Hippolyti partibus continetur, et ut Phaedrae persona

„*morum depravationem connubiorumque corruptionem castigaret.*"

Sed persequamur singula et videamus, quo modo poeta, quae in prologo proposuerat, spectatoribus probaverit. Atque primum quidem Hippolytus est homo suis ipsius studiis obsequens, quae ab his aliena sunt a se reiiciens, corruptus praeiudicatis opinionibus et suis et eorum, qui cum ipso sentiunt, abhorrens a re uxoria. Itaque offendit Venerem, deam amoris, nuptiarum, matrimonii praesidem cf. vv. 13 et 21. Nam in scenam ingressus, quum Dianae statuam, ut venator, florum corona ornasset et admoneretur a famulo, Venerem ut venerari ne dedignaretur, aliis, inquit, alii dii et homines curae sunt, v. 103, et v. 112 ista vero, inquit, tua Venus abeat in malam rem!

Et hoc quidem eius de numine iudicium, mox de ceteris rebus quid sentiat, videbis. Postquam enim a nutrice de Phaedrae amore certior factus est, eius ira non in eam, quae una in culpa est, nutricem, vel in Phaedram, quae videri ei potest improba mulier, effervescit, sed quasi laetetur, quod tandem aliquando opportunitatem nactus sit in institutum ipsi odiosum invehendi, statim ad connubia aggreditur liberorumque legitimorum procreationem vv. 611—618.

Quid? Nonne miratur iuvenis fastidiosus, imo accusare videtur Iovem, quod feminarum genus creaverit

et, quum, harum ope sublata, hominum genus intellegat interiturum, melius censet viris iri consultum, si auri vel aeris pondere in templis deorum deposito pueros suo quemque pretio emerent.

Et haec et quae sequuntur, magna arte composita sunt; nam quod Hippolytus usque eo progreditur, ut sui commodi causa naturae leges velit immutari, hoc proficisci videtur a vehementi animi impetu, quo ille trahitur, ab eiusque consuetudine omnia ad suam utilitatem referendi suisque commodis metiendi. Iam vero, id quod iis accidere solet, qui contra naturam et ius fasque contendunt, ipse secum pugnat; postquam enim ab initio orationis mulieres tamquam simplex et absolutum malum abolendas censuit, versu 631 concedit, etiam bonas interdum esse uxores; non tamen ut probet connubiorum sanctissimum institutum; scilicet quia fratres uxoris mali tamen esse possint.

Tanta est opinionis obstinatione! Nec meliora a tali homine exspectabis, quam quae de virtutibus feminae, qualem ipse animo informavit vv. 633—639 profert; versu enim 635 si dicit: μὴ γὰρ ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις εἴη φρονοῦσα πλεῖον ἢ γυναῖκα χρή, haud difficile est divinare, quid sapere uxorem sententia eius oporteat, qui versibus proximis ipse declaravit, stultam esse oportere. Huiusque voti causa satis manifesta est in homine vitae rationes ad se unum omnes referente; nimirum coquulam vult habere et nutriculam, eruditior aliqua et altiore mente et ingenio praedita hic veretur, ut satis sit suo arbitrio et voluntatibus obsequutura. His fere consimilia sunt, quae de feminis intra domorum parietes cum mutis bestiis continendis dicit vv. 640—643. Exspectabis fortasse hominem acerbitatis suae omne virus

in feminas evomuisse, quum ad nutricem sese vertit. Non is est Hippolytus, qui occasionem cupidissime arreptam tam facile omittat; iterum in universum mulierum genus invehitur et inexplebili earum odio sese flagrare quasi gloriatur vv. 660—663. Ita a qua re initium cepit oratio, ad eandem extrema rediit, quod et consulto Euripides et non exigua arte instituit, quo maiore vi admoneremur non iniuste in prologo vv. 21 et 22 Venerem Hippolyto minatam esse poenas atque iam iamque eas iri exactum.

Sed de Hippolyto satis dictum est, nunc ad Phaedram transeamus. Quam quidem vulgi iam sermonibus notatam et mala fama insignem quanto opere osorem illum mulierum Euripidem pertrinxisse putabis? Vide, ne restituerit quam fama oppresserat.

Atque ut in mediam statim rem accedamus, non alienum erit commemorare, quae extrema fabula Dianam, Hippolyti deam custodem de Phaedra dicentem facit poeta vv. 1287—1294: „veni, inquit, ut filii tui iusti mentem aperiam, ut cum bona fama moriatur, et uxoris tuae furorem vel generositatem quandam; deae enim inimicissimae nobis, quibus virginitas voluptati est, stimulis morsa illa filium tuum adamavit; quum autem ratione et sapientia amorem superare conaretur, nutricis invita periit machinis.“

Num quid his culpae in Phaedram confertur? Quid magis feminae castissimae et continentissimae est, quam operam dare, ut, quem vitiosum sciat esse affectum, eum ratione et sapientia superet? cf. vv. 395. 395. 400. 401. At id ipsum, amare virum alienum, eam dedecuit. Recte tu quidem et vere, nec ego dissentio; sed quaerimus nunc, quo modo de femina vitiose amanti

poeta meruerit. Qua de re ut recte iudicemus, liceat mihi hoc admonere, ubicunque de Phaedrae amore sermo est, Veneris machinis eum invitae et reluctanti immissum dici ad illamque omnem culpam reiici. Quo de sunt haec v. 27 Veneris

Φαίδρα καρδίαν κατέσχετο
ἔρωτι δεινῷ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν.

v. 1327 Dianae

Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίνεσθαι τόδε
πληροῦσα θυμόν.

v. 373 chori

ἄσημα δ' οὐκέτ' ἐστὶν οἷ φθίνει τύχα
Κύπριδος, ὦ τάλαινα παῖ Κρησιά.

v. 1396 Hippolyti

τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ᾔσθημαι, Κύπρις.

v. 440 nutricis

ὀργαὶ δ' ἐς σ' ἐπέσκηψαν θεᾶς

v. 478 eiusdem

τόλμα δ' ἐρῶσα· θεὸς ἐβουλήθη τόδε.

vv. 360—362 eiusdem

Κύπρις οὐκ ἄρ' ἦν θεός·
ἀλλ' εἴ τι μεῖζον ἄλλο γίγνεται θεοῦ,
ἣ τήνδε κἀμὲ καὶ δόμους ἀπώλεσεν.

v. 359 eiusdem

οἱ σώφρονες γὰρ οὐχ ἑκόντες ἀλλ' ὅμως
κακῶν ἐρῶσι.

v. 319 Phaedrae

φίλος μ' ἀπόλλυσ' οὐχ ἑκοῦσαν οὐχ ἑκών.

vv. 721 sqq. eiusdem

ἐγὼ δὲ Κύπριν, ἥπερ ἐξόλλυσί με
ψυχῆς ἀπαλλαχθεῖσα τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ
τέρψω.

Atque talia, ut aliis quidem locis nihil significent, nisi amasse feminam et amorem superare studuisse, in hac tamen fabula, in qua ad Venerem ultricem omnia referuntur, maius quiddam indicant. Nam quum poetae liceret famam vulgarem et tritam sequi, ab altiore quadam ratione actiones fabulae repetere maluit. Sic enim, quum e numinis laesi ira omnia penderent, et metus et miseratio, quibus potissimum spectatorum animi debent permoveri, quam maxime augentur. Nam quis non timeat illi, quam nulla sua culpa videmus in amorem vitiosum incidisse, quem non misereat eius, quam frustra videat omnibus animi viribus coercere morbi vehementiam? Quam abhorrere sciat a peccati cogitatione, imo mori malle, quam animi vitiosum habitum prodere?

Nam ubi primum de Phaedra sermo est, eam audimus ignoto morbo laborantem triduo iam cibo abstinuisse cf. vv. 130—137, vv. 275—277, et inedia mori malle, quam malum communicare cum nutrice cf. vv. 138 et 139. 271. 273. 279. Quae nutrix quamquam, precibus et admonitione adhibitis, morbi naturam cognoscere studet, operam perdit cf. vv. 300—303; nam Phaedram pudet etiam eorum verborum, quorum vim nemo nisi ipsa intellegere poterat cf. vv. 239—244 cll. vv. 206—211. vv. 215—222. 228—231, et lacrimas fundit conscientia laesi sola cogitatione pudoris cf. vv. 245—246. Tandem supplicibus famulae et gravissimis precibus permota, cf. vv. 322—326. 330. 333—335 et cum liberorum etiam iniecta mentio esset cf. vv. 305—306, non tamen nisi haesitans de suo amore confitetur, cf. vv. 337. 339. 341. ipsa vero, ut Hippolyti nomen pronuntiet, prae pudore non potest adduci cf. v. 353.

Iam erit concedendum, ab hac una ratione profectum Euripidem potuisse efficere, ut Phaedram talem nobis fingeret, qnalem vides, non detestandam illam quidem adulteram, sed probam, a vitiis abhorrentem, infantium amantem, in extremo demnm discrimine, mente perturbata, a vero et iusto recedentem, ut bonam famam suam et liberorum servaret. cf. vv. 421—429. 711—714.

Phaedra igitur perit propter amorem Hippolyti, non illum quidem ab ipsa inflammatum, sed quo tamen ipsius animi virtus laeditur. Resistendo autem vitiosis animi affectibus misericordiam et miserationem commovet, quim etiam digna est, cuius persona Euripides morum depravationem, quae tum increbruerat, castiget, id quod facit vv. 409–432, de quibus consulas Boeckhium clariss. De gr. tr. pr. p. 184.

Sed haec hactenus. Unum restare videtur, ut quae duo egisse Euripidem dixi, ea in unnm iterum colligam, ne, quae coniuncta erant, diremisse dicar; sed breviter absolvam: *matrimonii sanctitatem et re et verbis neglexit atque contempsit Hippolytus, Phaedra violavit amore alieni viri.*

Ex hac dispntatione id effici mihi videtur, non recto iudicio usos esse eos, qui Hippolyti in feminas convicia opinati sunt indicio esse odii, quo Euripides feminas complexus sit. In quem errorem eo facilius incidisse videntur, quod Hippolytus ceteris in rebus probus est et nulla sua culpa periisse videbatur. Sed habet hic utique, quo peccarit, ut vidimus, atque hoc cernitur ea ipsa vehementia conviciorum et maledictorum, quibus in alterum sexum et in moris a patribus accepti sanctitatem invehitur.

Itaque quae Hippolytus de feminis profert, ea non probari Euripidi apparet. Ceterum mirum in modum haec inter se pugnarent, esse mulierum osorem et adversarium, eundem matrimonia defendere ad eaque ineunda cohortari.

Transeo iam ad alteram fabulam Medeam; minus illam quidem maledictorum in mulierum genus continentem, quam Hippolytus, qua tamen cum aliqua veri similitudinis specie uti poterant, qui, fabulis Euripidis non recte perspectis, eum mulierum osorem fuisse statuunt. Occurrit illud mihi, Medeam ipsam de sui sexus nequitia confiteri cum vv. 410 sqq. dicit

πρὸς δὲ καὶ πεφύκαμεν
γυναῖκες, εἰς μὲν ἐσθλ' ἀμηχανώταται
κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώταται.

et recte id quidem, si isti versus e sententiarum continuitate avulsi, nulla nec antecedentium nec proxime sequentium versuum habita ratione, Medeae et indole et moribus neglectis, per se ipsi spectantur. Sed hac ratione fieri non posse, ut quis totius alicuius fabulae rationem et sententiam ei subiectam intellegat, quivis paulo prudentior et doctior harum rerum existimator facile mihi dabit. Itaque priusquam ad verba, quae supra posuimus, aggrediar, quaerendum videtur esse, num ex indole et natura Medeae illa potuerint dici, aut ita debilem se Medea et ad omne probum et pulchrum facinus suscipiendum tam non idoneam ipsa iudicet?

Tanta non est Medea modestia, nec potuit esse, cuius paene unius auxilio e maximis expeditionis illius Colchicae periculis salvus atque incolumis Iason evaserat. Immo, huius auxilii a se lati graviter admonet Iasonem vv. 472 sqq., nam, „ego te, inquit, servavi,

Praeterea, id quod gravissimum est, quod nos censemus, ironia adhibita Medeam locutam esse et iudiciorum, quae viri de feminis proferre soleant, habita ratione, proximis versibus chori confirmat responsio vv. 417 sqq.

τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν ἔχειν βιοτὰν
στρέφουσι φᾶμαι·
ἔρχεται τίμα γυναικείῳ γένει
οὐκέτι δυσκέλαδος φάμα γυναῖκας ἕξει.
Μοῦσαι δὲ παλαιγενέων λήξουσ' ἀοιδῶν
τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν.

nec in ea quidem fabula, quae tota in eo versatur, ut notetur iniuria, qua vir feminam vel maritus uxorem affecerit, dubium esse potest, quin, quae chorus hic dicit Euripidi probentur, improbentur praeiudicatae de feminis opiniones. Sed hac de re accuratius exponendum mihi videtur esse, ne mea potius placita, quam

---

lenire mulcereque studet." Sed primum quidem rerum ille pervertit et seriem et ordinem, et quae postea tandem constituit Medea, iis iam eam vexari putat, nam de liberis interficiendis ea ne verbulum quidem fecerat, contra, maritum eiusque sponsam et socerum necandi consilium ceperat cf. v. 377, de liberorum nece post Aegei demum decessum agitur. Deinde quaenam est illa animum sopiendi mulcendi ratio, se ipsum conviciis afficere?

Pergit hoc modo: „Adde, inquit, quod ira, furore perculsa, ut est desperantium, quum neminem prae se habeat, in quem odium emittat, in se ipsam emittit etc." Medea et chorum prae se habebat nec est verisimile, qui summa iniuria affectus sit ab aliis, eum sibi ipsum novam propter id iniuriam inferre. Iam Goebelius chorum ne rationem quidem expositionis Medeae habere censet, attamen iniustum proclamare, quod mulieres vituperentur a viris et contemnantur. Rectius dixisset, chorum vel maxime Medeae verborum habita ratione consolationem quandam adhibere et spem proponere, fore, ut mulierum iniqua existimatio et misera conditio in melius mutentur.

quae Euripides senserit, attulisse arguar. Atque Athenienses quidem haud paucos humiliter admodum et abiecte de feminis honestis, de quibus unis loquor, iudicasse, primum ex eo patet, quod etiam qui summi in republica et potentissimi erant, meretricum consuetudinem matronarum honestarum et uxorum usui praeferebant; deinde veri simile fit atque adeo certum frequenti commemoratione et notatione Euripidis, e cuius fabulis quae huc pertinent, apponam, ut appareat, tantum abesse, ut hic assentiatur istis feminarum obtrectatoribus et cavillatoribus, ut eos reprehendat et ad iustiora et saniora revocare studeat.

Itaque si nostro chorico carmine de veterum poetarum cavillationibus agitur et spes proponitur fore, ut inde ab illo tempore de feminarum dedecore cani desinatur, Euripidis animo certa quaedam obversata videntur esse, nam ἀπιστοσύναν illud optime congruit cum Homeri illis Od. λ. v. 456

ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν.

et Hesiodi opp. et dd. v. 373

ὅστε γυναιξὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φηλήτησιν.

Addo aliorum quorundam veterum poetarum dicta huc pertinentia: Epicharmi apud Ahrens. de dial. dor. p. 459

οὐδὲν γαίᾳ κλεινᾷ γυναικὸς βαρύτερον
οἶδ' ὁ συντυχών, μακάριος δ' ὃς ἀγνοεῖ.

Hipponactis apud Bergk. poet. l. gr. p. 516. 21.

δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Phocylidis cf. ibid. p. 348. 3. Simonidis p. 502. 6 sqq.

Talium rerum scriptores in Hec. v. 1156 a Polymestore commemorantur: εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρη-

κεν κακῶς et cum ipso vituperantur a choro vv. 1161—1162

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθείς, ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.

nec magis in Ione vv. 1092—1100 carmina in feminas facta approbantur

ὁρᾶθ' ὅσοι δυςκελάδοισιν
κατὰ μοῦσαν ἰόντες ἀείδεθ' ὕμνοις
ἁμέτερα λέχεα καὶ γάμους
Κύπριδος ἀθεμίτους ἀνοσίους,
ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν
ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.
παλίμφαμος ἀοιδὰ
καὶ μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω
δυσκέλαδος ἀμφὶ λέκτρων.

Et haec quidem de poetis; de aequalium pravis iudiciis loci sunt hi: Electr. vv. 1039—1040

κἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται
οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ' οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς

quo vix est quod moneam iniustitiam virorum erga feminas et iniquitatem notari. Eandem ob causam Creusa Ion. vv. 410—412 conqueritur

τὰ γὰρ γυναικῶν δυςχερῆ πρὸς ἄρσενας
κἀν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι
μισούμεθ'· οὕτω δυςτυχεῖς πεφύκαμεν.

et in Troad. vv. 667—668

καίτοι λέγουσιν ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυςμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχη.

Andromachae oratio acerbitate quadam et indignatione cf. vv. 671—674 non caret, quum meminit, feminas inconstantiae mutabilitatisque mentis a viris incusari; nec sane commeruit reprehensionem, cui ob id

quae Euripides senserit, attulisse arguar. Atque Athenienses quidem haud paucos humiliter admodum et abiecte de feminis honestis, de quibus unis loquor, iudicasse, primum ex eo patet, quod etiam qui summi in republica et potentissimi erant, meretricum consuetudinem matronarum honestarum et uxorum usui praeferebant; deinde veri simile fit atque adeo certum frequenti commemoratione et notatione Euripidis, e cuius fabulis quae huc pertinent, apponam, ut appareat, tantum abesse, ut hic assentiatur istis feminarum obtrectatoribus et cavillatoribus, ut eos reprehendat et ad iustiora et saniora revocare studeat.

Itaque si nostro chorico carmine de veterum poetarum cavillationibus agitur et spes proponitur fore, ut inde ab illo tempore de feminarum dedecore cani desinatur, Euripidis animo certa quaedam obversata videntur esse, nam ἀπιστοσύναν illud optime congruit cum Homeri illis Od. λ. v. 456

ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν.

et Hesiodi opp. et dd. v. 373

ὅστε γυναιξὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσιν.

Addo aliorum quorundam veterum poetarum dicta huc pertinentia: Epicharmi apud Ahrens. de dial. dor. p. 459

οὐδὲν γαίᾳ κλεινᾷ γυναικὸς βαρύτερον
οἶδ' ὁ συντυχών, μακάριος δ' ὃς ἀγνοεῖ.

Hipponactis apud Bergk. poet. l. gr. p. 516. 21.

δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Phocylidis cf. ibid. p. 348. 3. Simonidis p. 502. 6 sqq.

Talium rerum scriptores in Hec. v. 1156 a Polymestore commemorantur: εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἰρη-

κεν κακῶς et cum ipso vituperantur a choro vv. 1161—1162

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς, ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.

nec magis in Ione vv. 1092—1100 carmina in feminas facta approbantur

ὁρᾶθ' ὅσοι δυςκελάδοισιν
κατὰ μοῦσαν ἰόντες ἀείδεθ' ὕμνοις
ἁμέτερα λέχεα καὶ γάμους
Κύπριδος ἀθεμίτους ἀνοσίους,
ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν
ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.
παλίμφαμος ἀοιδὰ
καὶ μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω
δυσκέλαδος ἀμφὶ λέκτρων.

Et haec quidem de poetis; de aequalium pravis iudiciis loci sunt hi: Electr. vv. 1039—1040

κἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται
οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ' οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς

quo vix est quod moneam iniustitiam virorum erga feminas et iniquitatem notari. Eandem ob causam Creusa Ion. vv. 410—412 conqueritur

τὰ γὰρ γυναικῶν δυςχερῆ πρὸς ἄρσενας
κἂν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι
μισούμεθ'· οὕτω δυςτυχεῖς πεφύκαμεν.

et in Troad. vv. 667—668

καίτοι λέγουσιν ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυςμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχη.

Andromachae oratio acerbitate quadam et indignatione cf. vv. 671—674 non caret, quum meminit, feminas inconstantiae mutabilitatisque mentis a viris incusari; nec sane commeruit reprehensionem, cui ob id

quae Euripides senserit, attulisse arguar. Atque Athenienses quidem haud paucos humiliter admodum et abiecte de feminis honestis, de quibus unis loquor, iudicasse, primum ex eo patet, quod etiam qui summi in republica et potentissimi erant, meretricum consuetudinem matronarum honestarum et uxorum usui praeferebant; deinde veri simile fit atque adeo certum frequenti commemoratione et notatione Euripidis, e cuius fabulis quae huc pertinent, apponam, ut appareat, tantum abesse, ut hic assentiatur istis feminarum obtrectatoribus et cavillatoribus, ut eos reprehendat et ad iustiora et saniora revocare studeat.

Itaque si nostro chorico carmine de veterum poetarum cavillationibus agitur et spes proponitur fore, ut inde ab illo tempore de feminarum dedecore cani desinatur, Euripidis animo certa quaedam obversata videntur esse, nam ἀπιστοσύναν, illud optime congruit cum Homeri illis Od. λ. v. 456

ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν.

et Hesiodi opp. et dd. v. 373

ὅστε γυναιξὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσιν.

Addo aliorum quorundam veterum poetarum dicta huc pertinentia: Epicharmi apud Ahrens. de dial. dor. p. 459

οὐδὲν γαίᾳ κλεινᾷ γυναικὸς βαρύτερον
οἶδ' ὁ συντυχών, μακάριος δ' ὃς ἀγνοεῖ.

Hipponactis apud Bergk. poet. l. gr. p. 516. 21.

δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Phocylidis cf. ibid. p. 348. 3. Simonidis p. 502. 6 sqq.

Talium rerum scriptores in Hec. v. 1156 a Polymestore commemorantur: εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἰρη-

κεν κακῶς et cum ipso vituperantur a choro vv. 1161—1162

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθείς, ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.

nec magis in Ione vv. 1092—1100 carmina in feminas facta approbantur

ὁρᾶθ' ὅσοι δυσκελάδοισιν
κατὰ μοῦσαν ἰόντες ἀείδεθ' ὕμνοις
ἁμέτερα λέχεα καὶ γάμους
Κύπριδος ἀθεμίτους ἀνοσίους,
ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν
ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.
παλίμφαμος ἀοιδὰ
καὶ μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω
δυσκέλαδος ἀμφὶ λέκτρων.

Et haec quidem de poetis; de aequalium pravis iudiciis loci sunt hi: Electr. vv. 1039—1040

κἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται
οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ' οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς

quo vix est quod moneam iniustitiam virorum erga feminas et iniquitatem notari. Eandem ob causam Creusa Ion. vv. 410—412 conqueritur

τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας
κἀν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι
μισούμεθ'· οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν.

et in Troad. vv. 667—668

καίτοι λέγουσιν ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχη.

Andromachae oratio acerbitate quadam et indignatione cf. vv. 671—674 non caret, quum meminit, feminas inconstantiae mutabilitatisque mentis a viris incusari; nec sane commeruit reprehensionem, cui ob id

quae Euripides senserit, attulisse arguar. Atque Athenienses quidem haud paucos humiliter admodum et abiecte de feminis honestis, de quibus unis loquor, iudicasse, primum ex eo patet, quod etiam qui summi in republica et potentissimi erant, meretricum consuetudinem matronarum honestarum et uxorum usui praeferebant; deinde veri simile fit atque adeo certum frequenti commemoratione et notatione Euripidis, e cuius fabulis quae huc pertinent, apponam, ut appareat, tantum abesse, ut hic assentiatur istis feminarum obtrectatoribus et cavillatoribus, ut eos reprehendat et ad iustiora et saniora revocare studeat.

Itaque si nostro chorico carmine de veterum poetarum cavillationibus agitur et spes proponitur fore, ut inde ab illo tempore de feminarum dedecore cani desinatur, Euripidis animo certa quaedam obversata videntur esse, nam ἀπιστοσύναν illud optime congruit cum Homeri illis Od. λ. v. 456

ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν.

et Hesiodi opp. et dd. v. 373

ὅστε γυναιξὶ πέποιθε, πέποιθ᾽ ὅγε φηλήτησιν.

Addo aliorum quorundam veterum poetarum dicta huc pertinentia: Epicharmi apud Ahrens. de dial. dor. p. 459

οὐδὲν γαίᾳ κλεινᾷ γυναικὸς βαρύτερον
οἶδ᾽ ὁ συντυχών, μακάριος δ᾽ ὃς ἀγνοεῖ.

Hipponactis apud Bergk. poet. l. gr. p. 516. 21.

δύ᾽ ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισται
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Phocylidis cf. ibid. p. 348. 3. Simonidis p. 502. 6 sqq.

Talium rerum scriptores in Hec. v. 1156 a Polymestore commemorantur: εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρη-

κεν κακῶς et cum ipso vituperantur a choro vv. 1161—1162

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς, ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.

nec magis in Ione vv. 1092—1100 carmina in feminas facta approbantur

ὁρᾶθ' ὅσοι δυςκελάδοισιν
κατὰ μοῦσαν ἰόντες ἀείδεθ' ὕμνοις
ἁμέτερα λέχεα καὶ γάμους
Κύπριδος ἀθεμίτους ἀνοσίους,
ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν
ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.
παλίμφαμος ἀοιδὰ
καὶ μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω
δυσκέλαδος ἀμφὶ λέκτρων.

Et haec quidem de poetis; de aequalium pravis iudiciis loci sunt hi: Electr. vv. 1039—1040

κἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται
οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ' οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς

quo vix est quod moneam iniustitiam virorum erga feminas et iniquitatem notari. Eandem ob causam Creusa Ion. vv. 410—412 conqueritur

τὰ γὰρ γυναικῶν δυςχερῆ πρὸς ἄρσενας
κἀν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι
μισούμεθ'· οὕτω δυςτυχεῖς πεφύκαμεν.

et in Troad. vv. 667—668

καίτοι λέγουσιν ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυςμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχη.

Andromachae oratio acerbitate quadam et indignatione cf. vv. 671—674 non caret, quum meminit, feminas inconstantiae mutabilitatisque mentis a viris incusari; nec sane commeruit reprehensionem, cui ob id

κεν κακῶς et cum ipso vituperantur a choro vv. 1161—1162.

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθείς, ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.

nec magis in Ione vv. 1092—1100 carmina in feminas facta approbantur

ὁρᾶθ' ὅσοι δυσκελάδοισιν
κατὰ μοῦσαν ἰόντες ἀείδεθ' ὕμνοις
ἁμέτερα λέχεα καὶ γάμους
Κύπριδος ἀθεμίτους ἀνοσίους,
ὅσον εὐσεβίᾳ κρατοῦμεν
ἄδικον ἄροτον ἀνδρῶν.
παλίμφαμος ἀοιδὰ
καὶ μοῦσ' εἰς ἄνδρας ἴτω
δυσκέλαδος ἀμφὶ λέκτρων.

Et haec quidem de poetis; de aequalium pravis iudiciis loci sunt hi: Electr. vv. 1039—1040

κἄπειτ' ἐν ἡμῖν ὁ ψόγος λαμπρύνεται
οἱ δ' αἴτιοι τῶνδ' οὐ κλύουσ' ἄνδρες κακῶς

quo vix est quod moneam iniustitiam virorum erga feminas et iniquitatem notari. Eandem ob causam Creusa Ion. vv. 410—412 conqueritur

τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας
κἀν ταῖς κακαῖσιν ἀγαθαὶ μεμιγμέναι
μισούμεθ'· οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν.

et in Troad. vv. 667—668

καίτοι λέγουσιν ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχη.

Andromachae oratio acerbitate quadam et indignatione cf. vv. 671—674 non caret, quum meminit, feminas inconstantiae mutabilitatisque mentis a viris incusari; nec sane commeruit reprehensionem, cui ob id

ipsum, quod proba uxor fuerat et mariti amantissima, accidit, ut alteri viro nubere cogeretur cf. Troad. v. 659 sqq. Ita ne hoc quidem loco Euripides a partibus stat vituperatorum.

His addo fragmentum Melan. apud Nauck 501.

μάτην ἄρ' εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ψόγος
ψάλλει, κενὸν τόξευμα καὶ κακῶς λέγει.
αἱ δ' εἴσ' ἀμείνους ἀρσένων ἐγὼ λέγω.

ibid. fr. 558

ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ
γυναῖκας ἑξῆς, σκαιός ἐστι κοὐ σοφός.
πολλῶν γὰρ οὐσῶν τὴν μὲν εὑρήσεις κακήν,
τὴν δ' ὥσπερ αὕτη λῆμ' ἔχουσαν εὐγενές.

ibid. fr. Melan. 497

τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται
γυναικός, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
πέφυκ' ἄμεινον, διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

Quibus quid moderatius, prudentius, iustius dici potest?

Alter huius fabulae de feminis locus est vv. Med. 565—572 hicce:

οὐδ' ἂν σὺ φαίης εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος·
ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἥκεθ', ὥστ' ὀρθουμένης
εὐνῆς γυναῖκες πάντ' ἔχειν νομίζετε·
ἢν δ' αὖ γένηται ξυμφορά τις εἰς λέχος
τὰ λῷστα καὶ κάλλιστα πολεμιώτατα
τίθεσθε· χρῆν γὰρ ἄλλοθεν πόθεν βροτοὺς
παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος
χοὔτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.

in quo tamen ut Euripidei odii mulierum vestigium vel tantillum sibi reperire videatur, non puto quemquam facile adduci, qui quidem Medeam fabulam attento animo

perlegerit. Nam praeterquam quod chorus Iasonem ob iniuriam uxori illatam gravissime vituperat vv. 573–575

Ἰᾶσον εὖ μὲν τούσδ' ἐκόσμησας λόγους
ὅμως δ' ἔμοιγε, κεἰ παρὰ γνώμην ἐρῶ,
δοκεῖς προδοὺς σὴν ἄλοχον οὐ δίκαια δρᾶν.

ibid. vv. 624—626

ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
ἐλθόντες οὐκ εὐδοξίαν
οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν
ἀνδράσιν.

ibid. vv. 654—657.

ἀχάριστος ὄλοιθ', ὅτῳ πάρεστι
μὴ φίλους τιμᾶν καθαρὰν ἀνοί-
ξαντα κλῇδα φρενῶν· ἐμοὶ
μὲν φίλός οὔποτ' ἔσται.

versus quoque 690 et 694 aperte demonstrant, Iasonis verba non probari Euripidi; Aegeus enim ubi audivit de illius periurio, „aususne igitur, inquit, turpissimum est hoc facinus“, et, nonnullis interiectis, „valeat ergo, siquidem est homo improbus, ut ais.“ Sed ultro etiam progreditur poeta, ut nullo modo fieri possit, ut de eius animi sententia dubitemus; versu enim 896 Iason, quasi palinodiam canens, concedit, iure uxorem irasci marito, qui coniugii fidem violarit, et ita ipse refellit, quae antea temere et iniuste feminis vitio verterat. At cur tandem Euripides, si non ipsi placuerunt, illa in feminas dicentem fecit Iasonem? Quia talis fere est hominum consuetudo, ut, si qua offendant, in alio culpam inesse potius, quam in ipsis putent, hac re simul ipsorum conscientiae excusationem quaerentes.

Restat, ut lectorum animos ad poetae artificium quoddam, quo etiam in Hippolyto usus est, revocem.

Consulto enim ille instituit, ut Iason mirum quantum
a se ipse dissentiret. Nam qui iam in eo est, ut uxo-
rem optime de se meritam liberorumque matrem re-
pudiet ac dimittat, non ut a feminis omnino liberetur,
sed ut alteram statim eamque iuniorem ducat, idem
satius esse pronuntiat, si feminae omnino nullae ex-
stent! Quoniam igitur iniuria necesse est habeat, quo
secum ipsa pugnet; si non haberet, non esset iniuria;
apparet, quam longe a vero recedant ii qui, quae Euri-
pides aliquem dicentem facit eo consilio, ut tamquam
malum et scelestum eum notet, ea ipsum sensisse et
approbasse perhibent.

Hi duo Medeae loci sunt, quibus odium feminarum
subesse videri poterat. Id tamen ipsum a sententia,
quae fabulae subiecta est, abhorret; nam cum Euripi-
des Medea docenda id egisse videretur, ut doceret, viri
erga coniugem infidelitatem et periculosam et pernicio-
sam et iniustam esse, easque ob causas coniugii fidem
sanctissime servandam, ea res per se ab omni odio est
aliena. Quae nihilominus in feminas dicta sunt, ea a
conditione et sensu eorum sunt profecta, qui ea pro-
ferunt. Et Medea quidem iniuriam patitur a viro et
cum summa acerbitate commemorat, ab iis ipsis viris,
e quibus unus iniuriam ei infert, de suo sexu male
dici; Iason crimen committit atque sese excusaturus,
amoliri a se et in eam traiicere studet, in quam com-
miserat; sed quum non habeat quod ipsi illi exprobret,
in universum genus feminarum invehitur ad unamque
omnes nequam esse censet.

Quartus de quo sum disputaturus, locus legitur Troad.
vv. 1050 sqq.

ἐλθοῦσα δ' Ἄργος ὥσπερ ἀξία κακῶς

κακὴ θανεῖται καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν
πάσαισι θήσει· ῥᾴδιον μὲν οὐ τόδε
ὅμως δ' ὁ τῆσδ' ὄλεθρος εἰς φόβον βαλεῖ
τὸ μῶρον αὐτῶν, κἂν ἔτ' ὦσ' αἰσχίονες.

ubi cum de Helena Menelaus loquatur, non incommode quis illa ita interpretetur, ut Lacedaemoniorum feminas in mente habuisse earumque maxime mores liberiores significasse arbitretur scriptorem, id quod in Andromacha quoque fit vv. 585 sqq.; sed quominus speciatim dicta illa esse putem, impedit me adiectum πάσαισι, quam ob rem aliam rationem praetulerim. Atque primum quidem animadvertendum mihi videtur esse, male dici de feminis a Menelao, in cuius indole et moribus describendis plane peculiaris est et constans Euripidis ratio. Nam quum illi ne in Homeri quidem carminibus honor ita magnus tribuatur et fere Agamemnoni fratri sit et virtute et ingenio inferior, attamen homo est probus et, si non fortissimus, tamen non ignavus. Euripidem contra si audias, Menelaus nihil habet, quod non vel contemptu dignum sit vel risum moveat. Et in Oreste quidem fabula, quum a fratris filio suppliciter rogatus esset, ut memor beneficiorum demortui fratris eum servaret cf. Orest. vv. 375. 345—349. 635—656, et quum ea, qua solet, magniloquentia id se facturum esse promisisset, vv. 476. 478. 480. 482. 675—679, Tyndari minis perterritus cf. vv. 615—621. 744—746 iam incipit tergiversari vv. 684—709, ita ut Orestes intellegeret, a Menelao sibi nullam salutem esse sperandam vv. 710—716. 728. 729. 732. 740. Quae opinio eum minime fefellit, nam Menelaus ne verbulum quidem pro eo fecit vv. 1056—1059. Hic plane idem est in altera parte tragoediae, fortis lingua, vv. 1201—

1203. 1578. tardus ad rem gerendam; nam postquam vv. 1564—1576 verbis superbis et quae magnum heroem deceant, Orestem et Pyladem se ulturum esse gloriatus est, nihil plane facit, ne filiae quidem servandae et adversariis eripiendae causa, nisi deplorat amissam Helenam vv. 1589—1626. Porro eius perfidia notatur Androm. vv. 426—433, ignavia, praeter Orest. vv. 746 et 1201—1203 in Andromacha vv. 455—456. 580—581. 606—608. 752—753. Iphig. Aul. v. 944. Miserrimum vero et stultissimum et qui ad risum movendum aptior sit, quam ad commiserationem excitandam, eum in Helena fabula fecit poeta.

Vanus et gloriosus de se ipse praedicat Menelaus vv. 394. 418, cll. vv. 504—505; nec tamen hoc eum impedit, quominus, quum a ianitrice, grandi natu, vi repelleretur, misere lacrimas fundat v. 457 et stultissima illa proferat: „vae, vae ubinam sunt mihi praeclari illi exercitus!“ — nempe ut debilem anum superet. Attamen, quamquam audivit Proteum Graecis esse inimicum, manere eum statuit, scilicet magni aliquid et magno duce dignum ausurus. Non ita homunculo optimo cf. Cycl. v. 183 tutum videtur. Contra si non satis mansuetum Proteum hic invenerit, latebras aliquas petet et aufugiet! Hel. vv. 507—510.

Quam sibi constet homo, ex hisce colligere licet; qui enim modo coram serva misere fleverat, ab eadem ob id ipsum risus v. 457., is, quamquam ceteri statuant posse hominem in rebus adversis lacrimas fundere vv. 949—950, Troica laude indignum censet lacrimare! vv. 951—952. Hic sibi meliora et exquisitiora proposuit! hic timet, ne lacrimans feminarum mores imitetur vv. 990—991. Talia non possum non putare risus movendi

causa esse ficta. Sed priusquam hoc aggrediar, pergam atque insequar longius, quod institui. Euripides igitur Menelaum, quum plurimis vitiis inquinatum fecerit tum maxime eo nomine castigat, quod quum ipsius stultitia uxorem perdidisset cf. Iph. Aul. vv. 378 et 379, Androm. vv. 581—585. mulieris improbae et facinorosae amore ardens et paene furens, cf. Iph. Aul. vv. 384—385. postposita et erga patriam, Andr. vv. 595—604, et erga fratrem pietate, Iph. Aul. vv. 379—382, Andr. vv. 614—615, Orest. v. 651. Electr. vv. 1027—1029, honoris et decoris omni sensu abiecto Iph. Aul. vv. 380—382, Orest. vv. 514—515, Andr. vv. 597—600, non eo consilio bellum susceperit, ut mulierem perfidam ulcisceretur, sed ut recuperaret misere amatam cf. Iphig. Aul. vv. 377—378, ibid. v. 385, Hel. v. 805 et locos supra laudatos.

Jam cum vulgo scirent et ex Homeri carminibus cf. Od. δ, v. 121 sqq. et ex tragicorum poetarum fabulis, post reditum concordissime cum Helena vixisse Menelaum, atque quum paucis annis ante[1]) Andromache docta esset, qua Menelai mulierositas facete admodum et ad risum movendum aptissima ratione perstringitur cf. Androm. v. 618 sqq.

οὐκ ἔκτανες γυναῖκα χειρίαν λαβών,
ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστόν, ἐκβαλὼν ξίφος
φίλημ' ἐδέξω προδότιν αἰκάλλων κύνα
ἥσσων πεφυκὼς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ.

haec igitur cum scirent Euripidis fabularum spectatores, et cum Menelai certam quantam formam in animis in-

---

[1]) conferas quae disputavit ad Androm. v. 733 Barnesius, et Boeckh. clariss. De gr. tr. pr. p. 189.

sculptam atque impressam haberent, en magnus ille mulierum exsistit corrector!

θανεῖται καὶ γυναιξὶ σωφρονεῖν
πάσαισι θήσει κτλ.

Quid censes Athenienses sensisse, quum haec audiebant? serione accepisse? praesertim postquam ipsis proximis versibus admoniti sunt, quid ab hominis continentia deberent exspectare? cf. Troad. vv. 1043 et 1045

μὴ νῦν νεώς σοι ταὐτὸν εἰσβήτω σκάφος.
et οὐκ ἔστ' ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ.

Equidem facete dixisse illa Euripidem et ut heroem Lacedaemonium rideret, existimo. Atque poetis argumentis tragoediarum gravioribus etiam leviora quaedam interdum et iocularia admiscere licuisse, modo quae hominum moribus et naturae apta essent, ea et sentientes eosdem et facientes fingerent, non facile quis negaverit. Ita in Sophoclis Antigona iocularia profert custos, nec minus iocosa in Euripidis Oreste Phrygis illa, qui, impetu ab Oreste et Pylade in Helenam facto, detestatus quavis ratione impium hominum scelestissimorum facinus, cf. Orest. vv. 1393—1400. 1418. 1440—1441, quum ipsi periculum ab Oreste impenderet, adoro te, inquit, te volo adiuvare, magis enim es dignus, et, interrogatus ab illo, nonne recte perierit Helena, rectissime, inquit, si triplex etiam guttur ad moriendum haberet! Finxit haec et naturae servi convenienter cf. Orest. vv. 1111—1112. 1115. et spectatoribus non mediocriter accepta Euripides. cf. Orest. vv. 1485 sqq. Menelai vero moribus, quales in fabulis descriptos vidimus, nostram loci, quo de nunc agitur, interpretationem non repugnare puto; Menelaus enim, homo mulierosus et qui conspecta uxoris perfidae mammula, omisso

omni decoris et honoris sensu, in Venerem ruit, is igitur, si edituram in eam ipsam uxorem exemplum et omnium mulierum corrigendarum et ad virtutem metu supplicii revocandarum difficillimum opus, ῥᾷδιον μὲν οὐ τόδε, suscepturum se profitetur, habet illud sane non parum ridiculi.

Atque voluisse quidem Euripidem ridere heroem Lacedaemonium e locis supra laudatis apparet; non eum vero Menelaum esse, qui graviter et constanter et ut virum decet, in uxorem statuat, id etiam in Oreste fabula satis dilucide dixit poeta v. 734

οὐκ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐκείνη κεῖνον ἐνθάδ' ἤγαγεν.

scilicet in ipso reditu homo subiectus uxori et obnoxius erat.

Sed ut ad finem tandem perveniam; hoc mihi persuasum est, Euripidem, quem tam ineptum, tam inconstantem, tam turpissimis vitiis contaminatum finxit, per eum nec voluisse nec potuisse suam ullam causam agere.

Sequitur locus *Iphigeniae Aulidensis* fabulae v. 1394 hicce: εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾷν φάος, in quo Goebelius, quem supra laudavi, ita offendit, ut, quum Boeckhius de gr. tr. pr. c. 18, Bernhardy, histor. litt. gr. t. II p. 872, Matthiae, viri clarissimi, fabulam interpolatam censuissent, is et locum nostrum et, qui eum praecesserunt, tres versus, quia et ab indole et moribus Iphigeniae, quales describantur, et totius argumenti quasi colore abhorreant, ab aliquo lectore falso illatos ideoque delendos iudicat. Sed hac ratione, quamquam probabilitatem ea quandam habet, fabulae non tam medetur, quam vim adhibet; quod ne necessarium videatur, interpretari locum conabor.

Negat igitur ille potuisse verba supra posita ab Iphigenia dici, quia ab eius et ingenio et moribus abhorreant; nec ego dissentio, si versum nostrum per se spectas. Sed in hoc ipso inest difficultas et erravisse videntur interpretes, quod a propriis personis et temporibus avocarunt illa et generatim dicta putarunt; quod ego contra existimo. Sed de hoc postea; nunc a verborum ὁρᾶν φάος usu atque significatione, quam apud tragicos poetas obtineant, disserendi initium facium.

Et primum quidem animadvertendum est, φῶς vel φάος per se contrarium esse mortis, ut in Aeschyli Pers. v. 222 ed. Dind. γῆς ἔνερθεν εἰς φάος, ibid. v. 630 πέμψατ' ἔνερθε ψυχὴν εἰς φῶς, apud Sophoclem in Philoct. v. 625 ed. Nevianae κἀξ Ἅιδου μολὼν πρὸς φῶς ἀνελθεῖν, ibid. vv. 414 et 415 ἀλλ' ἦ χοὖτος οἴχεται θανών; ὡς μηκέτ' ὄντα ἐν φάει νόει, ibid. v. 1210 ἐς Ἅδου· οὐ γὰρ ἐν φάει γ' ἔτι. Electr. v. 419 ἐλθόντος ἐς φῶς (de Agamemnone ab inferis redeunte). Scyr. fr. VI. 5 apud Dind. τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν.

Frequentior hic usus apud Euripidem: in Hec. v. 165 οὐδ' ἔτι μοι βίος ἀγαστὸς ἐν φάει (id est: mori satius est), ibid. v. 413 ἡμεῖς δ' ἐν φάει δουλεύσομεν (proximo versu antecessit: ἄπειμι δὴ κάτω), ibid. v. 685 οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φάει (adde cogitatione: sed mortuum). Iph. Aul. v. 1283 sq. κοὐκέτι μοι φῶς οὐδ' ἀελίου τόδε φέγγος (sed iam deperii). Phoen. v. 1288 οὑμὸς ἐν φάει βίος (oppositum est: συνθανοῦσα κείσομαι). Electr. v. 1145 κἀν Ἅιδου δόμοις — ἐν φάει. Alc. v. 373 πρὶν εἰς φῶς σὸν καταστῆσαι βίον (de Alcestide ab inferis reducenda), ibid. v. 471 πέμψαι φάος ἐξ Ἅιδου, ibid. v. 1075 εἰς φῶς πορεῦσαι νερτέρων ἐκ δωμάτων, ibid. v. 1078 οὐκ ἔστι τοὺς

θανόντας εἰς φάος μολεῖν, ibid. v. 1142 νέρθεν εἰς τὸ φῶς τόδε. Suppl. v. 1027 ἴτω φῶς.

Itaque etiam φῶς vel φέγγος ἐκλείπειν vel λείπειν simpliciter de morte dicitur, ut Herc. fur. v. 1060 τὸ μὲν φάος ἐκλιπεῖν οὐ φεύγω. Orest. v. 946 ὡς δεῖ λιπεῖν σε φέγγος. Phoen. v. 1553 sq. τρισσαὶ ψυχαὶ ποίᾳ πῶς ἔλιπον φῶς; Ion. v. 1188 ὡς παῖς ἐκλίποι φάος. Hel. v. 318 sq. εἴτ' ἔστ' ἔτι, εἴτ' ἐκλέλοιπε φέγγος.

Iam φῶς, φέγγος, αὐγή si cum verbis, qualia sunt εἰσορᾶν, ὁρᾶν, βλέπειν, δέρκεσθαι, λεύσσειν, coniunguntur, non simpliciter „esse" vel „vivere" significant, sed *vitae contrariae morti* notionem continent, ut rectius, quam solo vivendi verbo, talibus fere interpreteris: in vivis esse, adhuc vivere, superesse, superstitem esse, in vita manere, et si negatio addita sit, mortuum esse.

Ita est Phoen. v. 1090 εἰ λεύσσει φάος i. e. utrum superstes Polynices sit, an mortuus. Hel. v. 60 sq. ἕως μὲν οὖν φῶς ἡλίου τόδ' ἔβλεπε — ἐπεὶ δὲ γῆς σκότῳ κέκρυπται; ibid. v. 340 sqq. πότερα δέρκεται φάος — ἢ ἐν νέκυσι κατὰ χθονὸς τὰν χθόνιον ἔχει τύχαν. cf. ibid. v. 531 sq. Iph. Aul. v. 1252 sq. τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν, τὰ νέρθε δ' οὐδέν; ibid. v. 1220 ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς βλέπειν, τὰ δ' ὑπὸ γῆς μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς. Iph. Taur. v. 662 αἰσχρὸν θανόντος σοῦ βλέπειν ἡμᾶς φάος; ibid. v. 341 δοκοῦσ' Ὀρέστην μηκέθ' ἥλιον βλέπειν (sed mortuum esse). Alc. v. 18 θανεῖν πρὸ κείνου μηδ' ἔτ' εἰσορᾶν φάος; ibid. τόδε φάος ὁρῶτον — μάτηρ οὐκέτ' ἔστιν; ibid. v. 702 χαίρεις ὁρῶν φῶς (et tu quidem laetaris quod adhuc in vivis es, coniugem autem non bene passus es mortem pro te obire); cf. ibid. vv. 678 et 705. Herc. fur. v. 209 εἰς φάος νεκρῶν πάρα. Rhes. v. 960 ὡς θανών τε κοὐ λεύσσων φάος; ibid. v. 964. Androm. v. 113 ὦ μοι ἐγὼ

μελέα, τί μ' ἐχρῆν ἔτι φέγγος ὁρᾶσθαι (debebam e vita decedere); ibid. v. 914 sq. οὐκ ἂν ἔν γ' ἐμοῖς δόμοις βλέπουσ' ἂν αὐγὰς τἄμ' ἐκαρποῦτ' ἂν λέχη (intellige: interfecissem pellicem. Falso de effodiendis oculis cogitari ex hac nostra disputatione apparet). Hec. v. 658 ὄλωλας, οὐκέτ' εἶ βλέπουσα φῶς; ibid. vv. 256 et 246. Hippolyt. v. 1020 καὶ τῆσδ' ὁρώσης φέγγος ἠγονιζόμην (sed haec iam deperiit); ibid. v. 1151 οὐκέτ' ἔστιν, ὡς εἰπεῖν ἔπος, δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς; ibid. v. 1182 ἤτου θανόντας ἢ φάος δεδορκότας; ibid. v. 356 ἐχθρὸν εἰσορῶ φάος (mortem praetulerim), cf. ibid. v. 357 sqq. Heracl. v. 969.

Interdum substantivis nominibus illis φῶς φέγγος, αὐγή omissis verbo βλέπειν eadem vis subiicitur, ac si adiecta sint. Apud Sophoclem: Oed. Col. v. 1438 ed. Nev. οὐ γάρ μ' ἔτι βλέποντ' ἐσόψεσθ' αὖθις. Philoct. v. 883 ἀνώδυνον βλέποντα — ὡς οὐκέτ' ὄντος; ibid. v. 1149 βλέποντα, κοὐκ ἀφῆκας εἰς Ἅδου μολεῖν; Ai. v. 962 κεἰ βλέποντα μὴ 'πόθουν, θανόντ' ἂν οἰμώξειαν; ibid. v. 1067 εἰ μὴ βλέποντος — πάντως θανόντος γε. Electr. v. 1079 τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμα, διδύμαν ἑλοῦσ' Ἐρινύν.

Apud Euripidem: Alc. v. 147 καὶ πῶς ἂν αὐτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι. Hec. v. 309 sqq. οὔκουν τόδ' αἰσχρόν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ὄλωλε, μὴ χρώμεσθ' ἔτι; Iph. Taur. v. 705 ἐπεί σ' ἐγὼ θανόντα μᾶλλον ἢ βλέπονθ' ἕξω φίλον; Iph. Aul. v. 1068 sqq. ἦμαρ γὰρ τόδε θανοῦσαν εἶδε καὶ βλέπουσαν.

His omnibus locis contraria, mori — in vita remanere, periisse — in vivis esse etc. aut disertis verbis sibi opponuntur, aut ita, ut quod supressum sit, cogitatione necessario addatur. Quid nostro loco? versu 1392 sqq. est: οὐ δεῖ τόνδε διὰ μάχης ἐλθεῖν πᾶσιν Ἀργεί-

οις οὐδὲ κατθανεῖν; iam poterat pergere poeta: ἀλλ' ὁρᾶν φάος et sic nemo non perspexisset, τόνδε i. e. Achillem esse intelligendum; quod si interrupit iustam sermonis perpetuitatem, poterat id eo minus obscuram reddere sententiam, quod ipso illo ὁρᾶν φάος opposita οὐ δεῖ τόνδε κατθανεῖν in spectatorum memoriam revocabantur. Praeterea ὁρᾶν φάος quoniam moriendi verbo opponi solet, periculi cuiusdam vitae notionem continet, in quo cum nemo versaretur, nisi idem ille, de quo priore versu agebatur, facile apparuit, quo verba essent referenda.

His de causis versum nostrum cum proximis coniungo et de uno Achille, in quem unum omnia cadunt, intellego. Iam res rectissime procedunt. Versibus 1350—1352 Achilles narraverat, periculum fuisse, ne ab exercitu lapidibus cooperiretur, quia conatus esset, quominus Iphigenia immolaretur, prohibere. Haec et id ipsum audiverat et scivit unum eum cum militum multitudine esse pugnaturum cf. v. 1358; sed quamquam iuvenis in se voluntatem et studium grate interpretatur, veretur tamen, ne sua causa eum periculo obiiciat v. 1373. Exponit igitur versibus sequentibus se consilium cepisse pro patria sese devovendi, ut Graeci ad bellum Troianum proficisci possent et feminarum raptus sistere. Iam ad Achillem revertitur versu 1392 et, *non aequum est*, inquit, *hunc pro me muliere cum omnibus Graecis pugnare, nedum occidere, nempe hunc unum virum satius est in vita manere, quam sexcentas mulieres!* (qualis ego sum).

Vides cur γυναικὸς οὕνεκ' et ἀνήρ sibi opponantur; feminae sunt imbelles et timidae, cf. Med. v. 264 sq.

γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα
κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾶν,

in Achille summa virtus, summa fortitudo, in feminis nihil opis ad bellum gerendum, sine Achille ne posse quidem expugnari Troicam vaticinium erat. cf. Apoll. III. 13. 8 ed. Bekker.

Sic simul apparet, cur Achilles potissimum perire non debeat i. e. φῶς ὁρᾶν.

Quod si quis nihilominus superlationem quandam veritatis atque traiectionem verbis subesse dixerit, equidem non nego; tamen ea et explicationem habet et, si opus est, excusationem in eo viro, cuius ipso adspectu hostium fortissimorum copiae fugabantur cf. Il. Σ 220 sqq., nec a natura humana alienum videtur, virginem, cuius viri summam in se voluntatem, summum studium experta sit, in ejus laudibus grati animi testificandi causa extollendis modum etiam quodam modo excessisse.

Itaque si hanc nostram loci interpretationem comprobaveris, omnia mirifice congruunt, si minus, nihil erit, quod sibi constet; habebis virginem nobilem summa animi ingenuitate excellentum et pro patria sese devoventem, eandem se suumque genus despicientem; dicetur, unius alicuius viri vitam pluris esse, quam decem millium mulierum, tamen ob unam mulierem raptam fortissimus quisque Graecus ad id bellum est profecturus, quod et decimo demum anno confectum iri Calchas vaticinatus erat, Il. β. 303. 328. 329. et plurimos viros fortissimos debebat absumere.

Atque ut concedatur, versum nostrum generatim esse dictum, necesse est is ad bellum impendens et viros ad bellum gerendum aptiores, quam feminas, sit relatus; nam in tota fabula id ipsum unum agitur, ut bellum Troianum geri possit. At vide, quanto opere ista ratione loci vis imminuatur! Iphigenia enim quum

Achillem sibi suique similibus comparans plurimi facit mnltoque gravioris momenti esse, quam sese, pronuntiat, in his ipsis inest significatio quum gratissimi animi tum enascentis amoris, quem Achilles quidem aperte profitetur vv. 1410 et 1411.

μᾶλλον δὲ λέκτρων σῶν πόθος μ' εἰσέρχεται.
εἰς τὴν φύσιν βλέψαντα· γενναία γὰρ εἶ.

viri contra si universe dicuntur virtutibus feminas bellicis antecedere, quam id frigidum est et vulgare!

Atque de hoc loco disputandum existimaveram, non quo odii ullum inesset vestigium, sed quia vidi eo usos esse, qui Euripidem illiberaliter de feminis et humiliter sensisse contendunt. Ex eorum numero imprimis est Beckerus, qui quum in Charicle t. II p. 417 versum nostrum ne integrum quidem laudasset, scribit enim εἷς γ' ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων, expressam his sententiam in animis cunctorum Graecorum penitus insitam fuisse dicit. Et de ceterorum quidem Graecorum sententiis non hic locus est disputandi, de Euripide dissentio; quam autem id recte faciam, viderint ii, qui benevolo animo hanc meam disputationem perlegerint. Si enim dixit Euripides, viros ad bellum gerendum aptiores esse, quam feminas, in hoc nostrates fere omnes assentientes habet, etiam eos, qui plurimi feminarum virtutes aestimare consueverunt.

His accedat locus Andromache vv. 353—354 hic:

οὐδ' εἰ γυναῖκές ἐσμεν ἀτηρὸν κακόν,
ἄνδρας γυναιξὶν ἐξομοιοῦσθαι φύσιν.

sed hic ipsa verba demonstrant, nihil pro certo affirmari. Locus contra ex eo numero est, quibus, quae viri de feminis sentire et proferre soleant, notantur. De qua re vide quae supra disputata sunt. Versibus enim

nostris nulla nisi haec vis potest esse subiecta: si vere sumus nocens malum (ut aiunt viri) non decet viros aeque malos evadere vel se praebere (ac nos mulieres dicunt). Verba autem ipsa — si sumus nocens malum, ut dicunt — improbari et reiici, intellegitur primum e moribus Andromachae, quales in fabula describuntur; nam haec neque ipsa ea est, quae tam parvi se suumque genus ducat, cf. vv. 2—5. v. 191.

ὅμως δ' ἐμαυτὴν οὐ προδοῦσ' ἁλώσομαι

et vv. 203—204

φιλοῦσι γάρ μ' Ἕλληνες Ἕκτορός τ' ἄπο
αὐτή τ' ἀμαυρὰ κοὐ τύραννος ἦν Φρυγῶν

quae ironice dicta esse per se patet, Andromache igitur neque ipsa se parvi ducit, nec Menelaus, quem alloquitur, iis virtutibus praeditus est, quibus adducta haec concedat, viros esse praestantiores, quam feminas, illosque recte iudicare, si malas has ducant. cf. vv. 318 ad 332. Deinde negari ea, quae dicit Andromache ipsius cogitatione, ex ipsa particula εἰ cum indicativo praesentis temporis iuncta patet[1].

Atque hi quidem fabularum integrarum de feminis sunt loci; reliquum est, ut ea apponam, quae in deperditarum fragmentis in mulieres dicta reperiuntur, ne ea videar consulto omisisse; quamquam manifestum est, e singulis versibus, etiamsi sciamus, ad quam fabulam pertinuerint, nullam plane de Euripidis sententia, qualis fuerit, certam rationem posse concludi; nam non omnia, quae proferuntur, poetae probari vidimus.

---

[1]) Locus nostro simillimus est in Plat. apol. p. 33. C. D. εἰ δὴ ἔγωγε τῶν νέων τοὺς μὲν διαφθείρω, τοὺς δὲ διέφθαρκα. si alios iuvenes corrumpo, alios corrupi, (ut accusatores dicunt;) (id quod nego).

Et primo quidem loco ponam trimetrum qui legitur apud Stobaeum in floril. 73. 57. ed. Gaisford. de Phoenice sumptus:

γυνὴ δὲ πάντων ἀγριώτατον κακόν.

Haec quum recte ad pellicem Amyntoris[1]) retulisse Hartungius in Euripide restituto videatur, illud tamen ambiguum est, utrum a patre Amyntore ipso, pellicis mendacio cognito, an ab uxore illius dicta sint? Hoc ego ut credam adducit me locus Athenaei, apud quem l. XIII p. 556 haec leguntur: παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησιν οὐκ ἀνέχεται ἡ τοῦ Φοίνικος μήτηρ τὴν τοῦ Ἀμύντορος παλλακίδα.

Sed de hac re nihil affirmarim; quamquam id quidem certum est, illa, si ab uxore Amyntoris dicta sunt de pellice, non iniuste dici et proficisci a laesae uxoris ira, si ab Amyntore de uxore pellicem non tolerante, a ratione loci alterius Medeae, quo de supra disputavimus, proxime abesse eodemque modo esse interpretanda.

Quod deinde e Melanippa servatum apud Nauckium sub numero 500 legitur

πλὴν τῆς τεκούσης θῆλυ πᾶν μισῶ γένος.

id ne probari Euripidi putes, cautum est fortunae casu, quo duo alia eiusdem fabulae fragmenta ad nostra tempora pervenerunt

fr. 496 ἄλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος
αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
αἶσχος γυναιξὶ καὶ κεκοίνωνται ψόγον
ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί.

---

[1]) cf. Apollod. III, 13, 3. ed. Bekker et Il. IX, 448-454 et schol. ad v. 448.

et fr. 501

μάτην ἄρ' εἰς γυναῖκας ἐξ ἀνδρῶν ψόγος
ψάλλει, κενὸν τόξευμα καὶ κακῶς λέγει·
αἱ δ' εἰσ' ἀμείνους ἀρσένων ἐγὼ λέγω.

Tertius locus, e Cressis sumptus, numeris 466 et 467 a Nauckio est notatus

οὐ γάρ ποτ' ἄνδρα τὸν σοφὸν γυναικὶ χρὴ
δοῦναι χαλινοὺς οὐδ' ἀφέντ' ἐᾶν κρατεῖν
πιστὸν γὰρ οὐδέν ἐστιν· εἰ δέ τις κυρεῖ
γυναικὸς ἐσθλῆς, εὐτυχεῖ κακὸν λαβών.
γαμεῖτε νῦν, γαμεῖτε κᾆτα θνήσκετε
ἢ φαρμάκοισι ἐκ γυναικὸς ἢ δόλοις.

Haec cum satis probabiliter de Aeropa adultera ab Atreo dicta Welckerus et Hartungius censuerint, pauciora tamen e Cressis fabula servata sunt, quam ut singulis versibus ullam auctoritatem possimus tribuere ad aestimandum poetae ingenium praesertim qui iniquam eorum ipse rationem vituperet, qui ex unius alicuius feminae vel improbitate vel nequitia de universo sexu iudicent. De qua re vide, quae de loco priore Medeae disputavimus quaeque ibi sunt laudata.

Sequitur fragmentum Aeoli XXXVI.

γυναῖκα δ' ὅστις παύσεται λέγων κακῶς
δύςτηνος ἄρα κοὐ σοφὸς κεκλήσεται.

cui quum non incommode opponi possit fr. 558

ὅστις δὲ πάσας συντιθεὶς ψέγει λόγῳ
γυναῖκας ἑξῆς σκαιός ἐστι κοὐ σοφός.

aptius tamen conferantur quae, qui priora protulerat, Aeolus rerum infelici eventu edoctus et celeri poenitentia eademque sera et inutili commotus, extrema fabula locutus est:

φεῦ, φεῦ παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει

γέροντες οὐδέν ἐσμεν ἄλλο πλὴν ὄχλος
καὶ σχῆμ', ὀνείρων δ' ἕρπομεν μιμήματα·
νοῦς δ' οὐκέτ' ἔστιν, οἰόμεσθα δ' εὖ φρονεῖν.

Sed de singulis fragmentis non est propositum disputare; quare apponam, quae reliqua sunt.

E Stheneboea fragmentum 678 est:

κομίζετ' εἴσω τήνδε· πιστεύειν δὲ χρὴ
γυναικὶ μηδὲν ὅστις εὖ φρονεῖ βροτῶν.

Hippolyti Veluti fragmentum reperitur apud Stobaeum tit. 73. 23.

ἀντὶ πυρὸς γὰρ ἄλλο πῦρ μεῖζον
ἐκβλαστοῦμεν γυναῖκες πολὺ δυςμαχώτερον.

incertae denique fabulae hoc est:

δεινὴ μὲν ἀλκὴ κυμάτων θαλασσίων
δειναὶ δὲ ποταμῶν καὶ πυρὸς θερμοῦ πνοαί,
δεινὸν δὲ πενία, δεινὰ τ' ἄλλα μυρία,
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινόν, ὡς γυνή, κακόν.
οὐδ' ἂν γένοιτο γράμμα τοιοῦτον γραφῇ
οὐδ' ἂν λόγος δείξειεν, εἰ δέ του θεῶν
τόδ' ἐστι πλάσμα, δημιουργὸς ὢν κακῶν
μέγιστος ἴστω καὶ βροτοῖσι δυςμενής.

Haec fere sunt quae in feminas universas dicta apud Euripidem reperiuntur, nisi quae fortasse leviora me fugerunt.

---

# VITA.

Ego Aemilius Arminius Braut natus sum Ronneburgi in oppido ducatus Saxo-Altenburgensis a. d. V calendas Februarias anni millesimi octingentesimi vicesimi octavi, patre Friderico Braut, matre Ernestina e gente Schmidt, quos ambos in vivis esse maximo opere gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. In patria litterarum usus sum magistro E. Boehme, quem virum et humanissimum et liberalissimum grati animi testificandi causa hic nomino. Sedecim annos natus inter discipulos receptus sum gymnasii Altenburgensis, quod et tunc florebat et adhuc floret viro doctissimo et sagacissimo Eduardo Fossio directore et in rebus scholasticis conciliario, cui de me optime merito quam possum maximam gratiam et habeo et semper sum habiturus. Testimonium quod vocant maturitatis adeptus quum Jenam me contulissem, accidit mihi, ut in ea tempora inciderem, quibus post Eichstadii et Handii obitum philologia paene tota iacebat; nam quum nondum reperti essent qui in illorum virorum locum succederent, philologorum studia ab uno Goettlingio pendebant.

Itaque privatis maxime studiis me dabam et in linguis recentioribus discendis non mediocrem operam collocabam.

Triennio praeterlapso quum in patriam rediissem, rebus domesticis sum impeditus non tam litteris quominus totum me darem, quam ad alteram statim litterarum universitatem quominus transirem; id quod interiectis demum aliquot annis mihi licuit. Asscriptus tum numero civium universitatis Fridericae Guilelmae Berolinensis rectore ill. Rudorffio per tria semestria scholis interfui virorum summorum Boeckhii, Hauptii, Trendelenburgi, aliorum, quibus omnibus gratiam, si non relaturum me possum affirmare, ago tamen hisce qnam possum maximam!

---

## SENTENTIAS PROPONO HASCE:

1. In Eur. Hel. vv. 1605 sqq.

σπουδῆς δ᾽ ὕπο
ἔπιπτον, οἱ δ᾽ ὠρθοῦντο, τοὺς δὲ κειμένους
νεκροὺς ἂν εἶδες.

recte se habent.

2. In eadem fabula vv. 768 et 769 non recte coniecturis sunt tentati.
3. In Eur. Iphig. Taur. v. 742 librorum scriptura vera est et genuina.
4. In Aeschyli Agam. v. 2 μῆκος non est mutandum.
5. Quod legitur apud Stob. in floril. 121, 15. ex Eur. Erechtheo sumptum

ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ζῆν φημὶ μᾶλλον τοῦ βλέπειν τοὺς μὴ καλῶς

id et corruptum esse dico nec a Nauckio recte mutatum. Emendavi verba hoc modo:

ἐγὼ δὲ τοὺς καλῶς τεθνηκότας
ζῆν φημὶ μᾶλλον τῶν βλεπόντων μὴ καλῶς.

6. In Cat. carmen LXVIII vv. 91—100 ab aliquo lectore falso illati videntur esse.





